Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0002-8

1882

5.

1735 21 6 17a

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA
DE

# POENIS MINISTRORVM PRINCIPIS DELINQVENTIVM

QVAM

PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS, FACVLTATIS IVRIDICAE AC SCABINATVS ADSESSORE PRIMARIO, ATQVE ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

IN

*ACADEMIAE VITEMBERGENSIS*

AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM IX. APRILIS ANNI cIↃ IↃ CC XXXV.

PVBLICE DEFENDET

HENRICVS SAMVEL PILARIK

VITEMB. SAXO.

---

*VITEMBERGAE*

LITERIS EPHRAIMI Gottlob EICHSFELDII.

IN

# POTENTISSIMI· POLONIARVM· REGIS

ET

# SERENISSIMI· ELECTORIS SAXONIAE

SVMMO· SENATV· ECCLESIASTICO

# PRAESIDI

EMINENTISSIMO· PERILLVSTRI· ATQVE EXCELLENTISSIMO

ITEM· ET

ILLVSTRIBVS· MAGNIFICIS· REVERENDISSIMIS· CONSVLTISSIMIS· AMPLISSIMISQVE

# DOMINIS

EIVSDEM· SENATVS· SACRI

# CONSILIARIIS

ET

# ASSESSORIBVS

SPLENDIDISSIMIS

MAECENATIBVS· SVIS· GRATIOSISSIMIS

SACRVM.

I

*Miniſtri principis poenis ordinariis ſubjacent.*

II

*Miniſter principis fur aut raptor recte ſuſpenditur.*

III

*Miniſter perduellis in quatuor partes ſecatur.*

POenæ, quæ miniſtris principum delinquentibus infliguntur, duplicis generis ſunt, aliæ ſolitæ ac ordinariæ, aliæ ſingulares & extraordinariæ. De illis primum dicemus. Dubium ſcilicet non eſt, quin miniſter, ſi delinquat, ea ipſa pœna, quam leges in hoc delictum ſtatuunt, adfici poſſit, ac debeat etiam, ſiquidem ſententia a magiſtratibus aut collegio JCtorum ferenda eſt. Nam miniſtri, quamvis altiſſimo gradu & prope principem collocati, cives tamen ſunt, legibusque ſubiacent, ac magis etiam, quam alii cives; quum ipſi, qui a latere principis ſtant, iura, quae hic condidit, vel auctoritate ſua firmavit, omnium optime ſcire poſſint debeantque, & adeo

 igno-

ignorantia, quae aliis interdum ad mitigationem prodeſt, non excuſentur. Itaque leges Germanicae, quae furcam & ſuſpendium furibus ac raptoribus minantur, etiam in miniſtris principum locum habent. Optime Auguſti in *L. 12. C. de dignitatibus: Iudices*, aiunt, *qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe convicti, ablatis codicillorum inſignibus & honore exuti, inter peſſimos quoſque, & plebeios habeantur: nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos iudicaverunt.* Memorabile exemplum *Crantzius in Saxonia lib. 10. cap. 30.* habet, quod verbis eius adiiciam: *Henricus, Dux Luneburgenſis, iuſtitiae tenax princeps, multa egit, ut vim & improbitatem latrocinantium excluderet, tam ſevere caſtigans improbitatem, ut de minimo quoque ſtatueret exempla iuſtitiae. Praefectus in arce Tzelle, vir induſtrius, quum iret properanter in Luneburgum, adventuro principi parare neceſſaria, ventus aquilonaris penetrabat tenuiter, ut ſolent militares, indutum. Vidit in via mantellum arantis de propinquo ruſtici, accipiensque promiſit, redditurum indubie, quum rediret. Quis non hoc permittat arcis præfecto, per omnem ditionem ditiſſimo! Agricola non aſſuetus reddi ab eius generis hominibus, quod attigere, reclamabat: quod ille parvi faciens ivit itinere ſuo properabundus. Poſt non multas horas ſequutus dux reperit ſtantem juxta viam hominem, de ſua veſte querulantem: Et quum attentius loqueretur, audientiam poſtulans, dux ſtetit, ut audiret. Ille vero: Quid eſt, inquit, optime princeps, quod publicos inſidiatores viarum perſequeris? ipſe tuae arcis præfectus, iam præteriens, veſtem mihi tulit pauperi, nudulo, &, ut vides, algenti ſub brumam. Dux tacitus ſecum rem perpendit: & de veſte ſcrutinium faciens reperit, ut diximus, reclamanti veſtem ſublatam. Quum autem rebus in oppido expeditis regreſſum dux faceret, ad locum ablatae veſtis perveniens, iuſſit adeſſe praefectum: Cur, inquit, pauperi reclamanti veſtem abſtuliſti? tuo miniſterio perſequor hoſtes publicos: & tu es, qui non minora illis in meos patraſti.*

*ſti. Multa parantem in ſui purgationem dicere, ipſe equi detracto capiſtro alligatum in arborem appendit iugulandum. Mira ſeveritas iuſtitiae, & zelus incredibilis in principe Saxoniae: Vix fidem apud exteros habitura narratio.* Inter diriſſimas poenas referenda eſt ſectio in quatuor partes, perduellibus ſtatuta; vide *legem Caroli V. art. 192.* Et haec tamen inflicta fuit Chriſtiano Bruckio, Ioannis Friderici, Saxonum ducis, praecipuo miniſtro & cancellario. Rem ſic narrat Hubertus Languetus in hiſtoria belli Gothani apud *Tenzelium in Supplementis reliquis hiſtoriae Gothanae pag. 833: Pari cum Grumbachio ſupplicio afficitur Cancellarius, diſſectione corporis in partes quatuor, ob læſae maieſtatis crimen, commiſſum in eo, quod obiecit & intentavit Imperatori falſo periurium: eliſit atque proiecit contumelioſe ſententiam proſcriptionis: comprobavit & excuſavit auſus factionis Grumbachianae; adiuvit conſultationes de perturbanda ſeditioſis motibus Germania, abrogando Cæſari imperio, principibus nobilitati exaequandis; acerbe & ignominioſe exagitavit voce & ſcriptis Imperatorem, Duces Saxoniae, Electorem & Ioannem Guilelmum, dominos ſuos: reticuit & adiuvit inſidias ac molitiones, quae Electori & Ioanni Guilelmo ſtructae fuerunt, contra fidelitatis iuramentum utrique praeſtitum.*

IV

*Miniſter, qui multifariam peccavit, pluribus poenis adfici poteſt.*

V

*Vulgaris regula, quod maior pœna abſorbeat minorem, exploditur.*

Rarum eſt, ut miniſtri principis, hi imprimis, qui maioris abollae ſunt, ob unum ac ſimplex crimen puniantur.

niantur. Parcitur illis tunc plerumque, atque admittitur excuſatio dicentium:

*Huic uni forſan potui ſuccumbere culpae.*

Saepe collegia, quibus ego huc uſque adſedi, de poena miniſtris principum infligenda conſulta fuerunt. Exemplum tamen non recordor, quo unum & ſimplex crimen reo objectum fuerit. Ne duo quidem, tria, quatuorve ſuffecerunt. Saepe ad quinquaginta uſque, aliquando ad centum, adſcenſum eſt. Et, quamvis in nonnullis probatio defecerit, in multis tamen crimen ſic patuit, ut, quam poenam reus meruiſſet, deliberari oportuerit. Praeiudicialis tunc quaeſtio fuit, an reus, qui multifariam peccarat, pluribus poenis adfici poſſet. Equidem res dubium habere non videtur, ſi vulgarem regulam, quae ex *articulo Carolino 163*, item ex *L. 34. & 53. pr. de Obligationibus & actionibus*, exſculpitur, quod ſcilicet maior poena abſorbeat minorem, ſpectas. At ego iſtam regulam non agnoſco, nec in legibus memoratis reperio. *Articulus 163.* in fure, qui improbius furatus eſt, puniendo circumſtantiam, quae facinus eius maxime aggravat, ac poenam atrociſſimam meretur, ſpectari iubet. Inde tamen non conſequitur, pluribus facinoribus perpetratis, unum ſolum puniri poſſe. In *LL.* autem *34. & 53.* hi, qui uno delicto, ex quo plures actiones inſtitui poterant, laeſi ſunt, unam ſaltem, ſi modo per hanc omne id, quod iis abeſt aut debetur, conſequi poſſint, inſtituere iubentur. At ſi plura facta concurrant, plures etiam actiones inſtitui poſſunt, *L. 2. de Privatis delictis.* Quare *Carpzovius in Quaeſt. criminali 132. n. 8.* iam diu contrariam vulgari iſti regulam, hanc ſcilicet: *ſingulis delictis ſingulae poenae competunt, ſic ut altera alteram non conſumat, l. 27. & 48. ff. ad Legem Aquil. l. Neratius 11. ſ. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. ſ. hunc*

*hunc tamen l. 2. ſ. 1. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam 60. ff. de oblig. & action. l. vulgaris. 21. in fin. pr. ff. de furt. l. facienda 8. ſ. 2. ff. arbor. furt. cæſ. l. 7. ſi ſtuprum. 25. l. pater. 41. ff. de iniur. l. 6. ff. ad Leg. Iul. de adult. obque reiterationem delictorum poena ſemper augenda & multiplicanda eſt, l. capitalium. 28. ſ. ſolent. & ſ. graſſatores. ff. de poen. l. 1. ff. de iur. patron. l. 3. C. de Epiſcop. audient. l. ſervos. 8. C. ad Leg. Iul. de vi publ.* ſtabilivit, ac pluribus legibus firmavit, quibus addi oportebat *L. 5. C. Ad Legem iuliam maieſtatis* & *cap. 24. Aureae Bullae*, ubi plures poenae propter unicum delictum infliguntur. Et ipſa recta ratio alia argumenta, quae vulgarem iſtam regulam explodunt, ſuggerit. Expoſuerunt ea ICti Vitembergenſes menſe ſeptembri anni cIↄ Iↄ CCXXXI. hunc in modum: Wird gefraget, ob Garles wegen der in Schrifften gegen ſeinen Groß-Hertzog und vorgeſetzt geweſenen General ausgeſtreueten Calumnien abſonderlich in die Inquiſition gezogen, und, wenn er derſelben überwieſen, mit einer vorgängigen auſſerordentlichen Straffe beleget werden könne; Nun ſcheinet zwar die gemeine Rechts-Regul, vermöge deren eine kleine Straffe durch die gröſſere abſorbiret wird, dem Garles zu ſtatten zu kommen, und denſelben von einer doppelten Inquiſition zu befreyen. Dieweil aber die wieder des Groß-Hertzogs Hoheit öffentlich ausgeſtreuete Calumnien auf ein Crimen perduellionis, oder auch laeſae maieſtatis, hinaus lauffen, und wohl eben ſo eine harte Straffe, als die ihm beygemeſſene Deſertion und Veruntrauung der Regiments-Gelder, verdienen, hiernächſt ein Delinquent, welcher einmahl ein grobes Verbrechen begangen, zu vielen böſen; angefriſchet werden würde, wenn er wüſte, daß er nunmehr frey ſündigen, und über die einmahl verwürckte Straffe mit keiner weitern beleget werden könne, endlich, wenn zwey Delicta zuſammen kommen, beyde un-

terſuchet und gehörig beſtraffet werden, auch, da nur eine Straffe auferleget wird, ſolche doch zu exaſperiren iſt; So wird Garles wegen der in Schrifften gegen ſeinen Groß-Hertzog und vorgeſetzt geweſenen General ausgeſtreueten Calumnien gar wohl abſonderlich in die Inquiſition gezogen, und ſodann, wenn er deren überwieſen, ſeiner Beſtraffung halber dem Befinden nach entweder hauptſächlich und abſonderlich, oder auf eine Exaſperation der durch die Deſertion und Veruntrauung der Regiments-Gelder verwürckten Straffe, erkannt. Exemplum illuſtre plurium poenarum, miniſtriſſimo Daniae, Greiffenfeldio, ſimul impoſitarum, ſententia contra eum Hafniae anno 1676. lata dabit, quam ex *du Mont tomo IV. des Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la paix de Ryswick pag. 170. ſeqq.* hic adſcribo: *Nous Juges déleguez de S. M. de Danemarc, Norwegue &c. notre Souverain Seigneur & Maitre; Sçavoir faiſons à tous ceux, qu'il appartiendra, que le Cõmte de Greiffenfelt en l'examen, qu'on a fait de ſon affaire, a confeſsé lui-meme en partie, & d'autre coté a auſſi eté convaincu par ſes propres lettres & autres temoignages authentiques & indubitables, que par une avarice inſatiable & une ambition & orgueil tout à fait demeſuré, ſans avoir aucun egard aux grands bien-faits, qu'il avoit reçus du Roi, & au ſerment par lui preté, a commis pluſieurs crimes horribles & deteſtables, à ſçavoir de Concuſſion, parjure, Simonie, & Trahiſon, & par ce moyen a encouru la peine de Leze-Majeſtè Divine & Humaine. A ſçavoir; D'autant, que contre le ſerment par lui preté, & la Charge de Grand Chancelier, qu'il exerçoit, non ſeulement il a pris de grandes ſommes d'argent, & des preſens conſiderables pour faire juſtice, & non ſeulement auſſi il a differé ſouventefois de la rendre à pluſieurs, qui ne pouvoient, ni ne vouloient ſouffrir ſes concuſſions, mais meme l'a entierement déniée; Que directement contre ſon devoir il n'a point tenu ſecretes les choſes les plus importantes*

*tantes, que S. M. lui avoit confiées : Qu'il a conſeillé avec empreſſement l'alienation de pluſieurs Provinces conſiderables, parse qu'il y trouvoit ſon profit particulier, & qu'il a tenu cachés pluſieurs lettres des Princes etrangers, Ordres du Roi, & demandes de ſes Sujets, qui concernoient grandement les interets de S. M. en quoi il a agi d'une maniere tout à fait coupable & criminelle. Que non obſtant la capacité des perſonnes, qui ſe preſentoient, il a vendu les Benefices Eccleſiaſtiques & les Emplois Scholaſtiques à des Gens tout à fait ignorans, & meme qui etoient publiquement accuſez de ſorcellerie, ainſi qu'on a fait voir par les Actes, le tout par pure avarice & un appetit dereglé de poſſeder pluſieurs richeſſes: Qu'outre cela il a encore commis pluſieurs autres exces contre ſon Serment & les defenſes du Roi, qui lui ont ete miſes en main au commencement de la derniere Campagne à Rensbourg. Qu'à l'inſçu de S. M. il a enfermé ſous ſon couvert des lettres ennemies allant & venant de Suede, & a entretenu des correſpondances illicites & dangereuſes avec des Ennemis declarez & ſecrets de S. M. ainſi que le tout ſe peut voir plus amplement par les Actes, de quoi il a été entierement convaincu par temoins & par ſes propres lettres, & dont il ne s'eſt pu purger dans le Proces, auquel il a ete reçu par une grace & faveur ſpeciale de ſa Majeſté, de laquelle il ne ſe peut plus prevaloir preſentement. C'eſt pourquoi nous declarons par la preſente notre Sentence, que pour les crimes ſuſmentionnez, & autres, qui ne ſont pas ici ſpecifiez, parmi leſquels il s'en trouve de Leze-Majeſtè Divine & Humaine, le dit Greiffenfelt a encouru tres juſtement la plus haute indignation & punition de S. M. par la perte de ſa vie, biens & honneur, ſi bien qu'il eſt degradé par la preſente de ſon etat de Comte & toutes autres marques d'honneur, dont il s'eſt rendu indigne, ſon Nom & ſa Memoire abolis, ſon Caſque & ſon Ecu aneantis & briſez par les mains de l'Executeur, ſa Comté, ſes biens & tout ſon avoir, de quelque nature qu'il puiſſe etre, ajugez au Fiſc de S. M. & que le dit Comte Greiffenfelt, à preſent Pieter Schœnmaker, ſera delivré*

*livré entre les mains de l'Executeur, pour etre mené au lieu de l'execution, & là etre decapité & mis à mort en punition des crimes par lui commis, & afin de ſervir d'exemple aux autres à l'avenir. Ainſi fait & publié au Chateau de Coppenhague ce 5. Juin 1676.*

## VI

*Errant, qui in omnibus miniſtrorum delictis culpam aliquam principi imputant.*

## VII

*Quodſi tamen princeps facto aliquo ſuo occaſionem delinquendi dedit, non tollitur quidem poena, ſed mitigatur.*

Non ego quidem ſimpliciter adſentio *Puſendorffio*, qui *libro XIV. Rerum Brandenburgicarum cap. 35. Vix unquam*, inquit, *magnus miniſter ſubverti poteſt; quin aliqua culpa in ipſum principem redundet, quod non maturo e iudicio, ſed enormi affectu, nondum ſat exploratae fidei, aut capacitatis, homini ſecurius tantum poteſtatis contulerit, remiſſa cura, quam Princeps nunquam impune exuere poteſt, velut ad quem demum redundat, quicquid a miniſtro ſecius fit.* Sicut enim boni ac ſagaces patresfamilias ab improbis ſaepe famulis, ita optimi vigilantiſſimique principes a miniſtris, quorum fraudes omnes cavere ſupra humanam ſolertiam eſt, decipiuntur, atque hi facilius, quam illi, quo latius reipublicae, quam rei domeſticae, cura & adminiſtratio extenditur. Qui multorum hominum ope utitur, multorum fidem ſequi neceſſum habet, & infelix foret, ſi, quoties hæc fides eum fefellit, rationem alienæ perfidiæ reddere cogeretur. Aliquando tamen accidit, ut aliqua culpa penes principem hæreat, atque is etiam facto aliquo ſuo cauſſam & occaſionem ſaltem delinquendi dederit. Tum vero lis ingens oritur, an hæc principis culpa miniſtrum vel plane a poe-

na

na liberet, vel ſaltem ad minuendam poenam iuvet. Deciſio facilior erit, ſi exemplum praemittamus. Princeps miniſtrum fiſco praefecerat, atque in principio ſuſcepti muneris fideli eius opera uſus fuerat, deinde vero ſingulari eius amore captus illum continuo in aula ſua & comitatu habere voluerat, ac invitum & fruſtra ſe excuſantem ſemper lateri ſuo adhærere coëgerat. Ea res fiſci negotiis multum nocuerat, atque rationes miniſtri ita turbarat, ut hic tandem, in ſumma rerum omnium confuſione, quum remedium aliud malo non reperiret, falſa plurima comminiſceretur, ac res nonnullas pretioſas & principi percharas clam ſubtraheret & pignoraret. Aperta fraude, ab advocato fiſci corripitur, de furto, falſis & reſiduis pecuniis accuſatur, atque ad furcae ſupplicium depoſcitur. Ille crimina iſta negare nequit, ſed, nihil ſe ex pecuniis iſtis in ſuos uſus vertiſſe, inprimis vero factum principis, quod ipſum voragini huic immerſerit, obtendit. Quum haec controverſia in collegio proponeretur, diſputavimus diu, quid iudicandum eſſet. Erant, qui factum id principis ſufficere ad plene abſolvendum reum crederent. Alii contra, nihil plane hoc ei prodeſſe debere, contendebant. Sed vicit media ſententia, ut factum principis non tolleret poenam, ſed mitigaret. Vide *Specimen DXXXIV de Concurſu ſuperioris & inferioris in delicto med. 6.* Itaque ſuſpendium reo remiſimus, gladio tamen eum propter *L. 22. C. Ad L. Corneliam de falſis & Conſtit. Caroli V. art. 112.* feriri juſſimus menſe octobri anni cIↄIↄCCXX: Daß Inquiſit ſeiner begangenen Miſſethaten wegen mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen. V. R. W. Rat. Dec. Es iſt peinlich Angeklagter überführet und ſelbſt geſtändig, daß er 1) Sr. Hochfürſtl. Durchl. die ihn zu Dero Caſſirer beſtellet, unrichtige Reglements zur Unterſchrifft præſentiret, 2) Derſelben falſche Extracte über-



geben

geben, und darinnen auf einige 1000. Thaler Vorrath angeſetzet, 3) ſeine Rechnungen unrichtig geführet, 4) mit den Beambten und Penſionarien ſich nicht gebührend berechnet, 5) die nicht ihm, ſondern einem andern anvertrauete Schlüſſel zu dem in dem Hochfürſtl. Gemach geſtandenem eiſernem Kaſten an ſich behalten, 6) 250 Specie-Ducaten daraus genommen und verſetzet, wiederum 7) einige koſtbahre Fideicommiſſ-Stücke daraus entwendet, und 1533. Thaler 16. ß. darauf entlehnet, 8) eine falſche Obligation auf 800. Thaler unter Sr. Hochfürſtl. Durchl. Namen, mit Nachahmung Dero Hand und Beydruckung des unter einem anderem Prætexte überkommenen Cantzley-Siegels, ausgeſtellet, 9) bey ſeiner Adminiſtrations-Rechnung mit 5421. Rthl. in Rückſtand geblieben, 10) bey ſeiner Verhafftung 2. Beutel mit Gelde verſtecket und verſchwiegen, weshalben denn peinliger Ankläger, ihn mit dem Strange zu beſtraffen, oder allenfalls darüber, ob er nicht ſolche Gelder in ſeinen eigenen Nutzen verwandt, und das Vorgeben, ſelbige wären alle Sr. Hochfürſtl. Durchl. zu gute gekommen, falſch ſey, peinlich zu befragen, bittet. Nun möchte wohl geſtalten Sachen nach die peinliche Frage abgehen, da die in Actis vorkommende Umſtände des angeklagten Vorgeben, daß er nemlich die in der Rechnung mangelnde und die betrüglicher Weiſe auf Pfänder und falſche Obligationen aufgenommene Gelder in ſeinen Nutzen nicht gekehret, etwas wahrſcheinlich machen. Denn es wird in Actis nicht die geringſte Muthmaſſung angeführet, woraus man ſchlieſſen könte, Inquiſit oder ſeine Frau wären durch Führung einer koſtbahren Haußhaltung oder andere unnöthige Depenſen die Herrſchafftliche Gelder anzugreiffen gezwungen worden. So ſiehet man auch nicht, daß er irgendswo Güther angekauffet oder Capitalien gemachet, ſondern

es

es erhellet vielmehr das Wiederſpiel, daß er nemlich nichts in Vermögen habe, theils aus ſeinem eigenem Bekenntnüſſe, theils aus dem jetzigem ſchlechtem Zuſtande ſeiner Frauen und Familie, worüber er hin und wieder Klage führet. Und, ob zwar aus der von ihm offerirten Caution geſchloſſen werden möchte, er müſſe an einem Orte heimlich Geld ſtehen haben, weil ſonſten ein dergleichen ruinirter Mann nicht leichtlich Bürgen oder Pfande findet, ſo iſt doch ſolche Muthmaſſung, da es mit gedachter Caution nicht zu Stande gekommen, höchſt ungewiß. Dahingegen führet Inquiſit mit vieler Probabilitét vor ſich an, daß ſeine Rechnungen in den erſten Jahren ſeiner Verwaltung, da ihm ſelbige zu führen genungſame Zeit gelaſſen worden, in ziemlicher Ordnung geblieben, daß Seine Hochfürſtliche Durchlauchten, wie Sie ſelbſt nicht in Abrede ſeynd, ihn nachgehends zu vielen andern Geſchäfften gebrauchet, mit auf Reyſen genommen, und öffters unter Bedrohung ihrer Ungnade, da er nicht kommen würde, zu ſich ruffen laſſen, auch immer umb ſich haben wollen, daß er alſo bey ſeinen Ambts-Verrichtungen nicht bleiben, ſondern vielmahl davon hinweg gehen, und ſeiner Frauen die Einnahme und Auszahlung der Gelder anvertrauen müſſen, daß er dadurch mit den Beambten ſich recht zu berechnen verhindert worden, daß es ihm auch an Zeit, alle Ausgaben und Einnahmen richtig aufzuzeichnen, gemangelt, daß er die Quittungen und Belege nicht allemahl einfodern können, daß ſeine Rechnungen dadurch in groſſe Unordnung gerathen, daß er, dieſe Confuſion zu verhehlen und Sr. Durchl. Ungnade zu vermeiden, anfänglich einen Uberſchuß, der doch nicht vorhanden geweſen, angegeben, daß er aus eben dieſer Urſache, und weil er den wahren Zuſtand der ihm anvertraueten Caſ-

ſa recht zu unterſuchen keine Zeit gehabt, auch unrichtige Reglements zur Unterſchrifft præſentiret, daß er bey preſſanten Ausgaben den Mangel und Unrichtigkeit der Caſſa Sr. Durchl. zu entdecken nicht gewaget, daß er, umb nur in Gegenwart ſich zu helffen, und in der Hoffnung es künfftig unvermerckt wieder zu redreſſiren, allerhand verbothene Mittel, Geld zu erlangen, gebrauchet, daß er zu dieſem Ende die 250. Ducaten ingleichen die Fideicommiſſ-Stücke verſetzet, nachgehends die falſche Obligation ausgeſtellet, daß er die dadurch erhaltene Gelder würcklich zu Herrſchafftligen Ausgaben verwendet, daß die in ſeinen Sachen und Rechnungen bereits geweſene Confuſion durch die Gefangennehmung ſeiner Perſon, und Wegführung der Scripturen aus ſeinem Hauſe, vermehret worden, daß alſo die von ihm gefertigte Rechnung nothwendig unrichtig, mangelhafft und irrig ſeyn müſſen, daß ihm nach der Zeit noch unterſchiedenes, welches er zu ſeinem Schaden ausgelaſſen gehabt, eingefallen, daß auch von den angegebenen 5421. Rthl. eine anſehnlige und über 1000. Thlr. ſich erſtreckende Summa compenſando abgehe, und daß er endlich ſelbſt nicht wiſſen könne, wo eigentlich der Fehler in ſeinen Rechungen ſtecke, und wo die ermangelnde Gelder geblieben. Bey ſo geſtalten Sachen fällt zwar in Ermangelung ſtärckerer Indiciorum die ihm beygemeſſene Verkehrung der Fürſtl. Gelder in ſeinen eigenen Nutzen, keinesweges aber der Dolus, hinweg. Denn es iſt ſonder Zweyfel ein Dolus, daß Inquiſit in ein anderes Ambt gegriffen, und den ihm nicht anvertraueten Schlüſſel zum eyſernen Kaſten an ſich genommen, daß er die koſtbare zur Verwahrung hineingelegte Stücke heimlich herausgenommen, daß er durch deren Verſetzung wieder ſeinen Eyd und Pflicht gehandelt, dabey auch die Creditores, denen er ſolche frembde Sachen

chen verſetzet, betrogen, daß er in Verfertigung der Obligation und Nachahmung Sr. Durchl. Hand ein offenbahres Falſum begangen, daß er das Hochfürſtl. Siegel wiederumb gegen ſeinen Eyd und Pflicht gemisbrauchet, daß er bey ſeiner Gefangennehmung 2. Beutel mit Gelde unterſchlagen wollen, immaſſen denn die Entſchuldigung, ob habe er es in der Meynung noch einige Beſoldungen damit zu bezahlen, gethan, nicht die geringſte Wahrſcheinlichkeit hat. Da nun die Rechte die Lebens-Strafe auf das crimen falſi, wenn dabey ſonderbar gravirliche Umbſtände vorfallen, ſetzen, und denn hier nicht allein dergleichen Umbſtände, ſondern auch andere ſchwehre und grobe Verbrechen, concurriren; So haben wir peinlich angeklagten zwar mit dem Strange verſchonet, ihm doch das Schwerdt zuerkannt.

VIII

*Leviſſimum poenae genus videtur, quando princeps vultu, geſtibus, averſando, terga dando, mutatione priſtinae familiaritatis, offenſam animi ſignificat.*

IX.

*Moeror inde contractus mortem aliquibus attulit.*

Videamus nunc ſingularia illa, quae in coercitione miniſtrorum occurrunt. Sunt nempe aliqua poenarum genera, quae in aliis perſonis non facile locum inveniunt, ſed a principe ex prudentiae regulis contra miniſtros ſaepe adhibentur. Huc refero primum, quando princeps ore & geſtibus ſuam erga miniſtrum indignationem declarat. Errat autem, ſi quis credit, non poſſe hoc, niſi per diſtortionem oris & ſannas, fieri. Hoc vili plebeculae relinquitur. In aulis tectius offenſa ſignificatur. Sufficit ad hanc teſtificandam, ut princeps veterem ac fami-

 liarem

liarem vivendi cum miniſtro modum mutet, riſu ac iocis, quibus huc uſque cum eo uſus eſt, abſtineat, averſetur & terga det, verbisque minus honorificis in colloquendo utatur. Exemplum memorabile habet *Aubery dans les Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de Hollande pag. 7. Guillaume, Prince d'Orange, commença de s'appercevoir, que ſes ennemis le ruinoient dans l'eſprit de Philippes, par les froides receptions, qu'il lui faiſoit: mais il en fut aſſez convaincu, lorsque le Roy Philippes ètant à Fleſſingue prêt de monter ſur le Vaiſſeau, qui le devoit porter en Eſpagne, luy reprocha avec un viſage plein d'indignation, d'avoir empêché l'execution de ſes deſſeins par ſes brigues ſecrettes: à quoy le Prince ayant répondu fort humblement, que tout s'étoit fait par le pur & naturel mouvement des Etats, le Roy le prenant par le poignet, & le luy ſecoüant, repliqua en Eſpagnol, No los Eſtadòs, mas vos, vos, vos, repetant ce vos par trois fois, terme de méprìs chez les Eſpagnols, qui veut dire toy, toy en François: Particularité que j'ay appriſe de mon Pere, qu'il tenoit d'un confident du Prince d'Orange, qui avoit été preſent. Aprés ce cruel réproche, & ſi public, Guillaume n'eut garde de conduire le Roy dans ſon Vaiſſeau, & ſe contenta de luy ſouhaitter un he ureux voyage au Port, ètant enſeureté dans la Ville, où il ètoit chérement aimé, & où il y avoit un grand concours de peuple pour voir l'embarquement du Roy.* Viciſſim princeps aliquando miniſtrum, quem odiſſe incipit, honorificentius, quam olim ſvevit, tractat. Novi ego purpuratum, quem princeps familiaritatis cauſſa tu appellare, cuiusque nomen ſimpliciter, non adiecta domini voce, proloqui ſolitus erat, maximo terrore perculſum fuiſſe, quum ſe a principe: *illi*, Sie; compellari nominique ſuo vocem dominus praeponi audiret, ac inde certum mutati animi argumentum cepiſſe. Mirifice hoc effert Iacobus patriarcha *Geneſeos XXXI, 5: Video*, inquiens ad uxores ſuas, *vultum patris veſtri non eſſe erga me, ſicut heri & nudius tertius.* Equidem

dem pœna haec multis nulla aut ſaltem leviſſima videbitur. Eſt tamen ſaepe eventu terribilis. Atra cura, mœror, morbi, mors ipſa illam ſubinde ſequuntur. Exemplum memorabile habet *Gratianus de Caſibus virorum illuſtrium pag. 192.* Et refert *Puſendorffius lib. 1. Rerum Brandenburgicarum cap. 4,* Svarzenbergium comitem, etſi ab electore, domino ſuo, nihil adhuc adverſi paſſus eſſet, quin & literas, propitia omnia prae ſe ferentes, accepiſſet, intellecta tamen ex aliis ſignis eiusdem offenſa, animo conſternatum ſtatim horrorem febrilem ſenſiſſe, ac ſexto poſt die apoplexia exſtinctum eſſe.

## X

*Miniſtri aliquando nudis verbis caſtigantur.*

## XI

*Eius animadverſionis quatuor ſunt genera; admonitio, reprehenſio, obiurgatio & comminatio.*

Declarationi offenſae, quae vultu geſtibusque fit, proxima eſt ea, quae verbis exprimitur. Sed & huius diverſi, & quatuor potiſſimum, gradus ſunt: admonitio, reprehenſio ſimplex, obiurgatio cum convitio, & comminatio. Auguſtus apud *Suetonium in vita eius cap. 39. unumquemque equitum rationem vitae reddere coëgit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit, plures admonitione, ſed varia. Leniſſimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, & ibidem ſtatim legerent.* Quicunque tamen ex his quatuor modis adhibeatur, gravior miniſtro verecundo, & honoris amanti, poena erit, quam ruſtico aliquot menſium carcer. Vidimus itaque, qui moerore hinc contracto itidem contabuerunt, mortemque obierunt. Tiberius Ceraſa, apud *Janum Nicium Erythraeum in Pinacotheca III. cap. 22. pag. 101. muneri, quod ſuſcepe-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0021-4

*ceperat, non ſatisfecit, ſed multa, quæ reprehenderes, admiſit, non quidem ſtudio ac voluntate nocendi, ſed quod prudentia ac rerum uſu careret, aliquid interdum mali faciebat homo minime malus. Denique honorem illum, ad quem tam incitato curſu ferebatur, non valuit attingere, ſed in medio ſpacio, mortis impetu everſus, corruit. Eius mortis cauſam attuliſſe dicitur Clementis Pont. acris quædam ac vehemens obiurgatio, propterea quod vel decreviſſet aliquid iniuria, uel quod quapiam in re illius voluntati non ad nutum præſto fuiſſet.* Huc quoque pertinent, quae *le Cardinal de Retz dans ſes memoires tom. IV. pag 206* & *306.* narrat: *M. de Chavigny, premier Miniſtre de M. le Prince, s'engageoit à la Reine en cas, que M. le Prince ne voulut pas ſe mettre à la raiſon, à ne rien oublier pour le brouiller avec Monſieur le Prince, qui eut en main l'original de cette lettre, s'emporta contre lui au dernier point; il le traita de perfide, en parlant à lui même. M. de Chavigny, outré de ce traitement, ſe mit au lit, & il n'en releva pas.* Inter iſtos vero quatuor caſtigandi modos graviſſimus ex mea ſententia eſt comminatio. Accepi ex ore purpurati cuiusdam Ruſſici, qui adhuc Moſcoviae vivit, magnum illum Petrum I, per quem Ruſſia ad ſummum gloriae faſtigium evecta eſt, aliquando, ſe praeſente, Menzikofio, miniſtrorum principi, dixiſſe: *Fac rectius inpoſterum, Alexander, aut ego te in Siberiam relegabo;* atque hanc reprehenſionem maximi ſupplicii inſtar a ſe habitam fuiſſe.

## XII

### *Hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere ſuo abdicet, conſervato honore.*

Porro inter leniſſimas coërcitiones numerari poteſt hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere abdicet, locum tamen & inſignia priſtinae dignitatis conſervet. Egregium

Octa-

Octavii Auguſti exemplum ex *Suetonio in vita eius cap. 35.* & *Dione Nicæo ſub finem libri 52.* hic adſcribo: Multi equites, atque etiam ex inferiori plebe, civilium armorum turbulentia intruſi in ſenatum erant; adeo ut ſupra mille numerarentur. Complures poſt necem Caeſaris, tamquam ex commentariis eius, per gratiam aut praemium Antonius adlegerat, hos contumelioſa appellatione vulgus Orcinos vocabat, quod iis nomen fuerat, qui dominorum teſtamentis manu mittebantur. Haec depelli dedecora publicae dignitatis intererat: ſed tam multos offendere audaces homines, ac iniuriam haud quaquam aequo animo laturos, periculoſum habebatur. Media excogitata ratio eſt, monuitque Caeſar univerſos, ut ſuae quiſque conditionis atque vitae iudicem agens, ubi ſe hoc loco indignum reperiſſet, ſponte abeundo cenſoriam notam lucri faceret. Quinquaginta viris perſuaſum eſt, ut ſemet ipſos excuſarent, idque exemplum animos Caeſari defenſionemque dedit, alios etiam centum quadraginta parem ad modeſtiam adigendi. Neutros notari viſum eſt: poſteriorum tamen nomina publice propoſita: prioribus, quia non repugnaverant, hic quoque pudor remiſſus, indultumque, ut, lato clavo retento, ſpectandi in orcheſtra, publiceque inter ſenatores epulandi, ius haberent.

## XIII

*Pœnae genus eſt, miniſtro titulos honoris, ſtipendium & locum in conviviis relinquere, ſed eundem conſiliis et negotiis arcere.*

Eſt aliud pœnae genus, quod ego quidem gravius illo, de quo in praecedente meditatione dixi, eſſe credo, quod tamen multis, qui otium et tranquillitatem vitae amant, tolerabile admodum quin exoptandum videbitur, quando nempe princeps miniſtro delinquenti honoris ti-

tulos, ſtipendium locumque in aula & conviviis, ſervat, eundem vero a negotiis conſiliisque excludit. Hanc viam ingreſſus Philippus, Macedonum rex, apud *Polybium lib. 5. cap. 6.* Appellem miniſtrum, inſolentius ſe efferentem, coerciturus conviviis interponebat, et ad alios huiusmodi honores vocabat, in conſilia vero & ad deliberationes non admittebat. Similem fere in modum Auguſtus, teſte *Dione Nicaeo lib. 52.* Lepidum tractavit, quem nec interfici iuſſit, nec pontificatu, quae maxima dignitas erat, exuit, ſed invitum rure iuſſit in urbem venire, ac poſtea ſemper in conuentum adduxit, ut propter autoritatis et dignitatis commutationem maiorem iniuriam ſuſtineret, eſſetque ludibrio & deſpectui.

## XIV

*Aliquando miniſtri pœnae cauſſa per ſpeciem maioris dignitatis aut legationis ab aula amandantur.*

Honorificentiſſimum pœnae genus eſt, miniſtrum per ſpeciem honoris maiorisque dignitatis procul ab aula amandare, & quaſi in illuſtre exilium mittere. Iunius Iuvenalis, teſte *Svetonio in vita eius*, ſatyra in Paridem pantomimum compoſita, in ſuſpicionem venit, quaſi tempora figurate notaſſet: ac ſtatim per honorem militiae, quanquam octogenarius, urbe ſubmotus, miſſusque ad praefecturam cohortis in extrema parte tendentis Aegypti. Id ſupplicii genus placuit, ut levi atque ioculari delicto par eſſet. Verum intra breviſſimum tempus angore & tædio periit. Pœnam hanc Iuvenali a Claudio Nerone inflictam dicit *vetus Scholiaſtes in Iuvenalis ſatyram 7. v. 92.* Sed *Malalas tom. 1. Chronographiae pag. 341.* & *Suidas in Lexico* ex illo Domitianum exilii auctorem faciunt, a quibus omnibus *Henricus Dodwellus* in *Annalibus Quintilianeis* recedit, &, Iuvenalem ſub Hadriano demum ſatyras edidiſſe, ab eo-

que

que in exilium A. C. 119. miſſum eſſe, dicit. Ioannes Ciampolus, Vrbani VIII. pontificis maximi, miniſter, apud *Ianum Nicium Erythraeum in Pinacotheca altera cap. 19. pag. 67.* quum in tanto eſſet honore & gratia, ac prioris vitae oblitus ita veteres amicos deſpiceret, ut ſalutantes non reſalutaret, repente de tanto gratiae faſtigio corruit; neque ſolum ab aula eſt, verum etiam ab urbe, honoris ſpecie, ſubmotus, nam plures illi urbes adminiſtrandae ſunt traditae, ac demum Aeſis praetor eſt mortuus. Quam autem intoleranter urbis deſiderium ferret, ſatis dici verbis non poteſt; ſed nullis amicorum precibus, nulla valetudinis, qua maxime adverſa utebatur, excuſatione impetrare potuit, ut Romam reverteretur. Cauſae, quae tantam illi invidiam conflarint, multae afferuntur, ſed eae inprimis; nimia loquendi libertas, intimae atque apertae cum iis amicitiae, quorum voluntates ab iis, quorum ipſe tempori inſervire debebat, alienae exiſtimabantur; ac demum, quod mores vultusque nonnullorum, mimica prope ſcurrilitate, imitaretur exprimeretque, quos aequum erat, illum vereri atque metuere. Vivunt ſaepe in aulis exteris ſplendidiſſime legati & oratores, quos principes ſui, non honoris, ſed pœnae cauſa, ac ut eos a ſe amoliantur, illuc miſerunt. Tale exilium honorificum fuit legatio Ioannis Everardi Nithardi, cardinalis, ad aulam pontificis maximi. Quem Maria Anna, Philippi IV. Hiſpaniarum regis vidua, e regno expellere coacta, decretum expulſionis ipſa quidem ſignavit, ſed ita temperavit, ut Nithardo honori eſſet. Adſcribam id ex *tomo 2. de la Relation des diferens entre D. Iean d' Autriche & le Cardinal Nitard pag. 13: Iean Everhard Nitard, Religieux de la Compagnie de Ieſus, mon Confeſſeur, Conſeiller d'Eſtat, & Inquiſiteur General, m'ayant ſuppliée de luy permetre de ſe retirer hors de ce Royaume, quoyque tres-ſatisfaite de ſa vertu, & des autres bonnes qualitez, qu'il poſſede, auſſi bien que de*

*ſon zele & de ſes ſoins à me rendre ſervice; ayant egard a l'inſtance, qu'il m'en a faite, & pour d'autres conſiderations, je luy ay accordé la permiſſion, qu'il m'a demandée pour ſe retirer, où bon luy ſemblera; mais deſirant, qu'il le faſſe avec toute la bienſeance & l' honneur, qui eſt du à ſes dignitez, & ſur tout à ſon merite; j'ay reſolu qu'il prenne le titre d'Ambaſſadeur extraordinaire de cette Cour en Alemagne ou à Rome, lequel il luy plaira choiſir, ſans ſe demettre d'aucune de ſes charges, ny des emolumens, qu'il en retire. A Madrit le 25. Fevrier 1669. LA REYNE.* Poterunt quoque huc referri, quae *in Menagianis tom. II. pag. 342.* narrantur: *M. le Marquis de Liche etoit Ambaſſadeur d'Eſpagne à Rome malgré lui. C'etoit le Duc de Medina Celi, premier Miniſtre, qui l'y retenoit, parce qu'il apprehendoit ſon eſprit & ſes intrigues. Pendant tout le temps de ſon Ambaſſade il fit tout ce, qu'il put, pour chagriner le Pape Innocent XI. croyant, que c'etoit le meilleur moyen pour ſe faire rappeller; mais il ne put en venir à but. Il tomba malade ſur ces entrefaites, et envoya chercher le Medecin du Pape. Un de ſes amis, qui ſavoit, qu'en Italie les Medecins, & tout ce, qui leur reſſemble, ſont encore plus à craindre que dans aucun pais de la Chretienté, dit au Marquis: A quoi ſongez-vous d'envoyer chercher le Medecin de votre ennemi? Eſt-ce pour abreger votre vie? C'eſt pour cela meme, lui dit-il, & vous pouvez bien penſer, que je n'envoyerois pas chercher le Medecin du Pape, ſi je n'etois las de vivre. Le Pape ayant appris cette hiſtoire, envoya Favoriti faire compliment au Marquis ſur ſa maladie. Il lui dit, que ſa Sainteté ſouhaitoit ſa convaleſcence avec autant de paſſion, que ſon rappel. Vous pouvez juger par là, ajoute Favoriti, ſi le Pape, qui a fait tant d'inſtance a Madrit pour vous faire rappeller, a envie que vous vous portiez bien.*

XV. *Pœnæ*

## XV

*Poenae genus eſt, miniſtrum in eo, in quo ab initio poſitus fuit, honoris gradu relinquere, aliosque pares vel inferiores ſuper eum evehere.*

Lenioribus coërcitionibus adnumero ademptionem muneris & dignitatum, quippe quae princeps auferre ſine omni cauſſa poteſt. Sed & huius pœnæ diverſi ſunt gradus, quorum infimus videtur, quando princeps offenſus retinet quidem in ſervitio ſuo miniſtrum, ſed in eo, in quo eum ab initio collocavit, loco relinquit, nec ad altiora adſpirare patitur, pares vero & inferiores ſupra eum evehit, quin ipſum aliquando iis parere iubet. Verum hoc ſupplicium eſt, magno & generoſo animo gravius, quam mors ipſa. Bonifacius Vannozzius, apud *Ianum Nicium Erythraeum in Pinacotheca altera cap. 64. pag. 194.* fideliter liberaliterque ſerviendo ita Gregorii XIV. Pontificis gratiam promeruerat, ut ab illo iis ſacerdotiis locupletatus ſit, unde ſcuta mille quotannis redibant; ac ſine dubio Cardinalis etiam honore cohoneſtatus fuiſſet, niſi quaedam calamitas interveniſſet, quae de tanta tamque explorata ſpe illum everteret. Statuerat omnino Pontifex, proximis comitiis in Cardinalium eum ordinem cooptare; ac rem cum eo communicaverat: ſed ſimul egerat, ne ſua cuiquam conſilia faceret palam; volebat enim, ea eſſe clam omnes: atque Bonifacius ſerio propoſuerat, Principis arcanum, ſuae fidei creditum, ita ſuo in pectore clauſum ac constructum habere, ut indidem illud ſalvum poſſet auferre, quum vellet; ſed propoſitum tenere non valuit, Cardinalis Sfondrati ſibi precibus imperioque ereptum; qui ardebat cupiditate incredibili, cognoſcendi eorum nomina, qui eſſent cooptandi; nolebat enim praetermitti amicum quendam, cordi ſuo cariſſimum. At Pontifex, ubi eum comperit tacere

cere nequiſſe, quum maxime erat opus mutio, accerſitum ad ſe compulit, ex ſchedula, in qua candidatorum nomina erant deſcripta, ſua ipſius manu ſuum nomen delere; & illius ſubſtituere, pro quo Cardinalis Sfondrati laborabat. Itaque ad fidem, quam prodiderat, vindicandam non alius eſt carnifex, praeter ipſum, adhibitus.

## XVI

*Proxima huic pœna eſt imminutio dignitatis, item ſalarii.*

Proximus ſuperiori illi pœnæ gradus eſt, quando princeps miniſtrum quidem in ſeruitio retinet, ſed vel dignitatem, vel ſtipendium, vel aliquando utrumque, imminuit. Et in militibus quidem hoc frequens eſt, daß der Officier wieder die Muſquete tragen, und Schildwache ſtehen muß, in togatis vero militibus ſeu miniſtris id raro accidit. Plerumque honor iis ac priſtina dignitas relinquitur, ac ſaltem de annua penſione quid detrahitur. Quam aegre iis, qui hanc ſtipendii deminutionem patiuntur, per hoc fiat, unusquisque intelligit; noſtra inprimis aetate, ubi in aulis, municipiis, templis, academiis, ſcholis, de nulla re anxie magis, quam de augendo ſalario, laboratur, omnesque, ut ſuo quid adjiciatur, vel aperte vel oblique quaerunt. Multum hac in parte degeneravimus a veterum frugalitate, cujus notabile exemplum *Tenzelius* in den monathligen Unterredungen *anni 1695. menſis martii pag. 227.* ex literis Wilhelmi, Landgravii Haſſiae, ad fratrem Philippum excerpſit: Ob wohl unſer Herr Vater Gottſel. vor ſeiner Cuſtodien faſt des gantzen Reichs, und ſonderlich der Schmalkaldiſchen Bündniß Sachen, dazu auch die beſchwehrlige Rechtfertigung mit Naſſau auf ſich liegen gehabt, hielt Se. Gn. dazumahl am Hoff nicht mehr *Doctores*, als *D.* Waltern, dem gab Se. Gn. 50. fl. und dem

dem Cantzler 50. fl. hielt darneben einen *Secretarium*, als Simon Bürgen, der dienet länger als 20. Jahr ohn alle Beſoldung.

## XVII

*Ademptio muneris per ſe poena non eſt, ſed ex arbitrio principis pendet.*

## XVIII

*Tunc tamen, quando ob delictum decernitur, poena fit.*

## XIX

*Solet eidem plerumque alia poena, ut interdictio novorum honorum, aut mulcta, adiici.*

De ſimplice ademptione muneris nihil dicam in praeſens. Qui eam patitur, miniſter delinquens non poteſt de rigore nimio queri, quum principi, miniſtrum etiam recte facientem dimittere, ſemper liceat. Quoniam ergo haec dimiſſio pœna proprie non eſt, ſolet plerumque aliud pœnae genus adiici, quod illam aſperiorem reddat, ut interclusio aditus ad novos honores, mulcta &c. Hunc in modum animadverſum eſt in magnum illum Angliae cancellarium, Franciſcum Baconem Verulamium, quem non tam ob propria delicta, quam ob nimiam in domeſticos indulgentiam, a quibus aditum ad ſe, ſententias ſuas & beneficia vendi paſſus erat, ſenatus regni Anglici, qui Parlamentum vocatur, munere privavit, a conſeſſibus parlamenti excluſit, magna pecuniae ſumma mulctavit, indignum, qui honores inpoſterum gereret, declaravit, & per hoc ad mendicitatem adegit. Vide *le Vaſſor Hiſtoire de Louis XIII. tom. 4. lib. 16. pag. 98. & 101.* & *Rapin Thoyras Hiſtoire d' Angleterre tom. 7. lib. 18. pag. 151.*

XX *Pri-*

## XX

*Privationi muneris adiici ſolet ademptio nobilitatis, ordinis equeſtris aliarumque dignitatum.*

Baconi tamen, de quo in praecedente meditatione dixi, dignitatem baronis & vice-comitis relictam fuiſſe, *Rapin Thoyras loco alleg.* teſtatur. Alias ſaepe miniſtri, quando de faſtigio ſuo deturbantur, ſolent ſimul nobilitate, equeſtri ordine, & aliis dignitatibus, quibus ſtipendium adnexum non eſt, ſpoliari. *Le Pere Honoré de Sainte Marie dans ſes Diſſertations hiſtoriques & critiques ſur la Chevalerie ancienne & moderne, ſeculiere & reguliere, lib. 2. diſſert. 7.* obſervat, recepti in Gallia iuris eſſe, ut, ſi quis eques ad mortem damnetur, inſignia equeſtris ordinis ei ante ſupplicium auferantur: *En France on ne fait point mourir un Chevalier condamné par la Juſtice, ſans auparavant lui oter le collier & les ornemens de Chevalerie. C'eſt ainſi qu'on en uſa l'an 1475. lorsque Louis de Luxemburg, Comte de S. Paul, Connetable de France, fut condamné à perdre la tête; car il fut ordonné, qu'avant l'execution il rendroit à Pierre Doriole, Chancelier de France, le collier de l'Ordre de S. Michel. L'arret de mort, qui fut donné le 3. Août 1551. contre Oudart de Riez, Marechal de France, à cauſe, que le Seigneur de Vervins ſon gendre avoit rendu Bologne aux Anglois, portoit, qu'avant d'etre executé il rendroit le collier & la croix au Heraut d'armes. Ce Seigneur, s'etant juſtifié, fut remis en liberté. Cette formalité fut pareillement obſervée à la condamnation de mort prononcée le 31. Iuillet 1602. contre Charles Gontaut, Duc de Biron, Pair & Marechal de France.* Hoc tamen non ſingulare in Gallia, ſed per totam Europam in uſu eſt.

## XXI

*Princeps miniſtro delinquenti nobilitatem & alias dignitates, quas ab exteris principibus accepit, adimere nequit,*

## XXII

*poteſt tamen edicere, ne in ſuis terris pro nobili, equite &c. reputetur.*

Dum exempla, quæ præcedentem meditationem illuſtrare poterant, requiro, incido in *A. de la Motraye tomum II. des Voyages cap. 19. pag. 417*, atque ibi ſententiam, contra Georgium Henricum Gœrtzium, primum Caroli XII Sueciæ regis miniſtrum, latam, reperio, atque, ante eius executionem Gœrtzio nobilitatem, dignitates omnes ac inſignia equeſtris ordinis adempta fuiſſe, animadverto: *Le Baron de Gorts fut condamnê à avoir la tête tranchée au pied du gibet ſitué ſur le grand chemin, hors de la Ville, où on execute les Voleurs & les Brigands, & à y etre meme enterré. On lui en lut la Sentence le 11. de Mars, apres l'avoir degradé de tous ſes Titres, tant naturels qu'acquis, & entre ces derniers lui avoir ôté l'Ordre de l'Orange, dont le Roi de Pruſſe l'avoit honoré, & qui fut renvoyé à Sa Majeſté Pruſſienne. La ſubſtance de cette Sentence étoit, que George Henri Goerts etoit condamnè à perdre la tête & à etre enterré par les mains du Bourreau public, au pied du gibet, pour avoir rendu ſuſpecte au feu Roi la fidelité de ſes Sujets; pour avoir detruit dans l'eſprit de ce Prince la confiance, qu'il avoit au Senat, aux Colleges du Comptoir d'Etat, de la Chancellerie, de la guerre, &c. & eloigné par ce moyen de l'adminiſtration des plus importantes affaires les perſonnes les plus zelées pour le ſervice de Sa Majeſté & le bien public; pour l'avoir encouragé à continuer la guerre par ſes pernicieux conſeils, & les voyes tiranniques, qu'il avoit inventées, & l'abus de l'autorité, que Sa Majeſté lui avoit donnée; pour avoir mis la diſſenſion & la mesintelligence entre Elle & les plus ſinceres & meilleurs Amis de la Suede; depouillé ſes ſujets de leur bon argent & autres effets ſolides & reels, qui leur reſtoïent. En un mot pour etre l'auteur des plus grands malheurs; & autres capitales raiſons extraites de*

*ſes papiers & actions. Il entendit la lectare de cette Sentence, à ce, que m'a aſſuré ſa femme, avec un viſage ſerein & une fermeté d'ame extraordinaire.* Supplendus vero eſt hic locus ex *tomo I. des Memoires de Charles-Louis de Pollniz pag. 91. ſq.* ubi Gœrzius contradixiſſe huic priuationi nobilitatis memoratur: *Etant monté à lechaffaut, un Officier de Juſtice lut à haute voix un papier, dans lequel il etoit dit, qu'il etoit degradé de Nobleſſe, & que l'ordre de la Reine etoit, qu'il eut la tête tranchée. Ah! dit il, je ſuis né Baron libre de l'émpire, la Suede ne ſauroit m'oter ce, qu'elle ne m'a pas donné; l'Empereur ſeul ſeroit en droit de me degrader, s'il étoit vrai, que je l'euſſe merité.* Quæſtio hinc naſcitur, utrum princeps nobilitatem ac alias dignitates, quas reo non dedit, auferre queat. Nego hoc, quoniam naturalis ratio poteſtatem principis intra cancellos regni ſui aut provinciæ coërcet, atque ad ea ſola, quæ ex ipſius arbitrio pendent, reſtringit. Licebit tamen principi ſine dubio edicere, ne is miniſter, quem punit, in ſuis terris pro nobili aut equite reputetur, ſed dignitatibus omnibus, quas etiam ab exteris principibus acceperit, excidiſſe cenſeatur.

## XXIII

*Manu ipſius principis vapulare, poena eſt, ſed non tam ignominioſa, ut a quibuſdam creditur.*

Caſtigatio, quæ verbis ſit, plerisque tolerabilis videbitur. Nonnunquam vero principes ad verbera progrediuntur, & manu, aliquando etiam fuſte, miniſtros delinquentes percutiunt. Id quod, maxime ſi fuſte fiat, multi ſupplicium morte ipſa gravius eſſe putant. Exemplum Carolus I, Magnae Britanniae rex, dabit, de quo hæc in *Theatro Europæo tom. 5. pag. 77.* narrantur: Von Oxfort hatte man Nachricht, daß, als der König daſelbſt den Oberſten Fiedling, welcher die Stadt Reading

Reading, als fürhin gemeldt, übergeben, für ſich bringen laſſen, und ſelbſt mit einem Stock ihn geprügelt, da habe beſagter Obriſter ihm ins Angeſicht geſaget, daß dieſer Schimpff gröſſer wäre, dann der König ihm könte *Satisfaction* geben. Begehrte deswegen des Königs Gnad, ihn alſobald ufhencken zu laſſen: und ob er zwar zum hencken *condemni*ret worden, haben jedoch die meiſte Officirers und Soldaten ihr Leben darbey auffſetzen wollen, um ihn bey dem Leben zu erhalten, weil er, in währender Belägerung Reading, wie ein ehrlicher *Commendant* ſich verhalten hätte. Et grave quidem eſt utique, a principe vapulare. Si tamen tale quid alicui contingat, is cogitet velim, reges principesque inſtar parentum eſſe, verbera vero, quae quis a parentibus patitur, pro iniuriis non reputari, ne quidem a nobilibus viris & ſtudioſis adoleſcentibus, qui, etſi ſecundum gladiatorias leges ſuas nullum inter ſe plagipatidam, ut *Plauti* voce *in Captivis actu 3. ſcena 1. v. 12.* utar, ferant, horum tamen, quos parentes verberarunt, exiſtimationem illaeſam exiſtimant, eosque a ſe non ſegregant. Cogitet porro, Iunoni, maximae deae, ignominioſum non fuiſſe, nec cultui eius offeciſſe, quod Iupiter ei apud *Homerum Iliadis lib. 1. v. 567. & 588.* item *lib. 15. v. 17.* nonnunquam praepotentes manus iniecit, ac verbera ingeſſit.

### XXIV

*Miniſtri delinquentes exilio puniri poſſunt.*

### XXV

*Quæ pœna tamen maxime eſt inconſulta.*

### XXVI

*Exilium bonam de miniſtro opinionem auget magis, quam conſumit.*

Quanquam, ſolitas & legibus ſtatutas pœnas in miniſtris principum quoque locum invenire, ſupra dixerim, parum tamen abeſt, quin exilium & relegationem in exteras terras excipiam. Prudentiæ regulæ profecto, ne hæc pœna miniſtro infligatur, intercedunt. Miniſter enim relegatus capitale odium adverſus principem, a quo relegatur, & flagrantiſſimum ultionis deſiderium ſecum aufert, atque in ipſo exilio opportunitatem utrumque explendi reperit. Habet enim exul mille nocendi occaſiones. Poterit, quod leviſſimum eſt, maledicere de priſco domino, & exiſtimationem eius opprobriis, ſive veris ſive falſis, apud exteras gentes minuere; poterit arcana domus & dominationis, ſibi olim concredita, aperire, poterit hoſtes vel veteres concitare, vel novos excitare, poterit iisdem vias, quæ ad invaſionem patriæ olim ſuæ maxime patent, commonſtrare, poterit, quæ loca reipublicæ firma ſint, quæ præſidio nudata, Galli *le fort & le foible* dicunt, manifeſtare, poterit per amicos, quos reliquit, inteſtina diſſidia, tumultus, ſeditiones conflare, etc. Dionyſius, Siculorum rex, apud *Plutarchum in vita Dionis*, Dionem, adfinem ſuum ac primarium miniſtrum, cuius ad Carthaginenſes, Siculorum hoſtes, literas interceperat, exilio, ſed providentiſſime, puniturus, nihil tale cogitantem quaſi ambulatum

tum familiariter ad mare ducit, oſtenſaque epiſtola, perfidiam eius increpat, ipſum excuſationem parantem, cymbæ, ut erat, confeſtim, ne cum aliquo ante colloqueretur, impoſitum in Italiam avehi iubet, opes tamen relictas & mancipia, offenſam eius leniturus, ſummittit. At Dion nequaquam mitigatus graviſſimum bellum conflat, atque Dionyſium armis e Sicilia expellit. Adde *Cornelium Nepotem in vita Dionis*, qui tamen, maxime *in capite 4*, quaedam paulo aliter narrat. C. Marcius Coriolanus, exul apud *Livium lib. 2. cap. 35. ſqq.* Romam, patriam ſuam, e qua eiectus fuerat, perdidiſſet, ni muliercularum precibus lacrimisque fractus fuiſſet. Themiſtoclis exilium quam toti Græciæ pene exitium attulerit, *Cornelius Nepos in Themiſtocle cap. ult.* narrat. Et errat profecto, qui credit, gloriam & dignitatem, qua miniſter florentibus rebus ſuis enituit, exilio conſumi. Auget illam potius, & renovat priſcorum meritorum memoriam, accedens ex calamitate præſente miſeratio. Annibalem patria excedentem omnes, quacumque ibat, honorifice excipiebant. *Diodorus Siculus in fragmentis, ab Henrico Valeſio editis:* Annibal, ait, ſola fama ſua, iam aliis ornamentis amiſſis, toto orbe habitabili erat ſpectabilis, per ſingulas civitates unoquoque ad intuendum tantum virum feſtinante. Scipionem vero, a quo victus eſt Annibal, quum in voluntario exilio Litorni degeret, narrant magna cum veneratione ſpectatum a piratis, qui hac una de cauſſa litus iſtud petierant, ſicut & voto potiti ſine maleficio diſceſſerunt.

## XXVII

*Aliquando miniſtri, qui maleficiis ſuis vicinos principes & reſpublicas læſerunt, noxæ deditione puniuntur.*

Aliquod pœnæ genus dici poterit noxæ, ut ſic loquar, deditio, quando ſcilicet princeps miniſtrum, qui vicinum principem aut rempublicam læſit, læſis ſatisfactionem poſcentibus exhibet, eorumque arbitrio permittit. Iuſtum hoc eſſe, ex *L. 1. ſſ. 6.* & *L. 3 pr. de Publicanis* demonſtrat, atque ſuffragiis plurimorum auctorum firmat *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia cap. 10. ſſ. 21. n. 36.* Licet vero dubitari poſſet, an iſtæ leges appoſite huc trahantur, quin tamen illa deditio miniſtri delinquentis iuris publici, ſeu fecialium, apud Romanos fuerit, ex oratione Spurii Poſtumi, viri conſularis, apud *Livium Lib. 9. cap. 9. n. 3.* diſcimus. Exempla quoque huiusmodi deditionum in *Livio dicto lib. 9. cap. 10*, *Floro lib. 2. cap. 18. n. 7.* & recentiſſimum in *Lamberty Memoires pour ſervir à l' hiſtoire du XVIII ſiecle tom. IV. pag. 470. & 473.* reperies.

## XXVIII

*Mitiſſime cum miniſtro agitur, qui ſaltem, ut fiſco & privatis, quos laeſit, ſatisfaciat, adigitur.*

Illi denique principes, qui mitiſſime cum miniſtro delinquente agere volunt, poenam nullam exigunt, ſed ſaltem, ut & ſibi et privatis, quos facinoribus ſuis laeſit, ſatisfaciat, compellunt. Nequit ergo de duritie domini ſui queri miniſter, qui cum fiſci detrimento ditatus, opes iniuſte partas in fiſcum inferre cogitur. Venit hic in mentem egregium Theodebaldi, Galliae regis, dictum, quod *Baugier in Vol. I. des Memoires hiſtoriques de la Province de Champagne* hoc modo refert: *Quoique Theodebald fut infir-*

*me de corps, il ne laiſſoit pas d'avoir l'eſprit vif & intelligent pour les affaires. Il le fit connoitre un jour à un de ſes domeſtiques, qu'il ſoupçonna de s'etre trop enrichi au maniement de ſes Finances: Un ſerpent, lui dit il, s'étant un jour gliſsé dans une bouteille pleine de vin, en but ſi abondamment, qu'étant devenu trop gros & trop enflé, il n'en pouvoit plus ſortir; le maitre de la bouteille le voyant en cet état lui dit: revomi ce, que tu as pris de trop, & tu ſortiras de la bouteille auſſi aiſement, que tu y es entré.*

## XXIX

*Intereſt ſaepe principis ac reipublicae, ne crimina, ob quae miniſter punitur, manifeſtentur.*

## XXX.

*Poterit tunc ſententia publicari ac ſupplicium ſumi, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta.*

Saepe crimina, quae miniſter commiſit, eiuſmodi ſunt, ut pudorem principis onerent, atque, ſi manifeſtentur, exiſtimationi eius maculam adſperſura ſint, aut etiam ex publicatione eorundem offenſa vicinorum principum metuatur, aut denique ea reticeri reipublicae interſit, ne arcana dominationis cum maximo regni detrimento prodantur. Quid tunc faciendum principi? Varias cautiones adhibitas paſſim in hiſtoriis reperies, ex quibus ſimpliciſſima mihi atque optima videtur, qua Turcarum Perſarumque reges & alii ad orientem monarchae uti ſolent, ut ſcilicet ſententiam mortis promulgent, ac ſupplicium ſumant, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta. Cui mori & ſolito iudiciorum ordini populi eorum ita adſueti ac de iuſtitia principum ſuorum tam certo perſuaſi ſunt, ut, damnatos poenam meruiſſe, nec dubitent quidem. Vide *Sanſons* Jetzigen Statt des Königreichs Perſien,

Perſien, qui libellus *Olearii* Perſianiſcher Reiſe Beſchreibung adiunctus eſt, *pag. 26. ſq.* & *Thevenotii Itinerarium orientale Part. 2. lib. 2. cap. 11.* Idem principibus noſtris licet, eo magis, quod iura noſtra magiſtratibus etiam inferioribus neceſſitatem rationes ſententiarum ſuarum edendi remittunt, *c. 16. X. d. Sententia & re iudicata*, *L. 59. de Re iudicata.* Vide *Specimen 469. de Publicatione ſententiae medit. ult.*

## XXXI

*Solent aliquando principes tunc, quum verum miniſtri delictum ſine dedecore aut periculo manifeſtari nequit, in damnatione aliud fingere,*

## XXXII

*vel levius delictum, quod alias impune ferri ſolet, ſubſtituere.*

Poterant quidem principes, quemadmodum dixi, ſententiam ferre in miniſtros delinquentes & exſequi etiam, omiſſa criminum, quae commiſerint, mentione. At nolunt hoc plerumque, & credunt communiter, inglorium ſibi futurum, ſi quem ſine cauſſae publicatione damnent, locumque ſuſpicioni, inſontem damnatum fuiſſe, faciant. Quod malum ut evitent, variis artibus utuntur, inter quas communiſſima eſt, ut, diſſimulato vero crimine, aliud fingant, aut ſaltem tale praetexant, quod alias impunitum reliquiſſent. Vetuſtiſſimus iam hic mos eſt. Alexander M. apud *Iuſtinum lib. 12. cap. 7.* & *lib. 15. cap. 3.* Calliſthenem & multos Macedonum principes, qui adorare regem recuſabant, ſub ſpecie inſidiarum ſibi ſtructarum interfecit. *Pufendorffius Rerum Brandenburgicarum lib. 14. cap. 35.* vera crimina, quae Petrus Schumacherus, Greifenfeldii comes, Daniae regis cancellarius, commiſerat, enume-

numerans, addit tandem: *Sed plura ob ipſius Regis reſpectum, & quia Regina mater in quibuſdam rebus conſilia cum eo contulerat, utpote quae bellum inter filium & futurum generum declinari optabat, ſupprimebantur, quae neque judicibus, neque advocato fiſci communicabantur.* Plenius haec exponit *du Mont dans les Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la paix de Ryswick tom 4. pag. 170: Il comparut pour la premiere fois devant les Commiſſaires, que le Roi avoit nommez pour lui faire ſon proces, & ſe trouva accuſé par le Fiſcal de divers crimes, particulierement de concuſſion & de peculat, comme ayant vendu la Juſtice & les Offices à ceux, qui avoient moyen d'acheter l'un & l'autre. Cette accuſation le ſurprit, car on n'avoit peut etre jamais vu jusqu'alors un Grand Chancelier d'une Couronne arreté, & pourſuivi criminellement ſur de pareilles charges; d'ailleurs, comme il n'ignoroit pas, de quoi il etoit queſtion dans le fonds, il s'étoit attendu à quelque choſe de bien plus grave. Il connut donc bien, que ce n'etoit qu'un pretexte, que la Cour avoit mis en avant, pour n'etre pas obligée de laiſſer verbaliſer, & enregiſtrer publiquement des Secrets d'Etat, mais, comme ce pretexte n'etoit que trop ſuffiſant, pour le mener à la mort; il demanda un Procureur, de l'ancre, du papier & un delai de quelques jours, afin de pouvoir mettre ſes defenſes par ecrit.*

## XXXIII

*Princeps pœnam miniſtri, quam ipſe expetere iuſtis cauſſis impeditur, in ſucceſſorem differre atque huic commendare poteſt.*

## XXXIV

*Davidem hac in parte recte feciſſe, contra Baylium oſtenditur.*

Nonnulli principes, dum ipſi, poenam ſumere a miniſtro delinquente, pudore, bono publico, memoria benemeritorum vel alia cauſſa impediuntur, illam cautio-

 nem

nem adhibent, qua David, Iſraëlitarum rex, bis, in Ioabo, *1. Regum. II, 6.* & Simei, *1. Reg. II, 9.* uſus eſt, ut ſcilicet poenam in ſucceſſorem differant, atque huic etiam per ultimam voluntatem commendent. Scio equidem eſſe, qui Davidi hoc factum vitio vertant, inter quos *Bayle* inprimis eſt, qui *in Dictionario art. David lit. I.* ſic ait: *David a eu ſes taches: & il n'eſt pas juſqu' à ſes dernieres paroles, ou l'on ne trouve les obliquitez de la Politique. Prenez bien mon ſens; je ne veux pas dire, que David en cet etat ne parloit point ſelon ſes penſées; mais que la maniere franche & nette, dont il ouvrit ſon coeur, temoigne qu'auparavant il avoit ſacrifié en deux rencontres remarquables la juſtice à l'utilité. Il avoit clairement connu, que Ioab meritoit la mort, & que l'impunité des aſſaſinats, dont cet homme avoit les mains teintes, etoit une iniure criante, faite aux loix & à la raiſon. Ioab neanmoins avoit conſervé ſes charges, ſon credit, ſon autorité. Il etoit brave, il ſervoit fidelement & utilement le Roi ſon maitre; on pouvoit craindre de facheux mecontentemens, ſi l'on entreprenoit de le chatier. Voila des raiſons de Politique, qui firent ceder les loix à l'utilité. Mais lorsque David n'eut plus beſoin de ce General, il donna ordre qu'on le fit mourir, ce fut un des articles de ſon teſtament. Son ſucceſſeur Salomon fut chargé d'une ſemblable execution contre Simei. Cet homme ſachant, que David ſe ſauvoit de Jeruſalem en grand deſordre, à cauſe de la revolte d'Abſolon, le vint inſulter au beau milieu du chemin, & lui fit des reproches encore plus durs, que les pierres, qu'il lui jettoit. David ſoufrit cette injure fort patiemment, il y reconut, & y adora la main de Dieu avec des marques d'une pieté ſinguliere; & lorsque ſes affaires furent retablies, il pardonna à Simei, qui fut des premiers à ſe ſoumettre, & à implorer ſa clemence; David lui jura, qu'il ne le feroit point mourir & il lui tint ſa parole juſqu'au lit de mort; mais ſe voyant en cet etat il chargea ſon fils de faire mourir cet homme; preuve evidente, qu'il ne l'avoit laiſsé vivre, que pour*

*s'attirer d'abord la gloire d'un Prince clement, & puis afin d'eviter, que perſonne ne lui reprochat en face d'avoir manquer de parole. Je voudrois bien ſçavoir, ſi dans la rigueur des termes un homme, qui promet la vie à ſon ennemi, s'aquite de ſa promeſſe, lorsque par ſon teſtament il ordonne de le tuer.* Ego vero, Davidem recte feciſſe, dico. Ioabus bina homicidia commiſerat, Simei perduellis erat. Illius ſupplicium lex divina poſcebat; in hoc ut exemplum ſtatueretur, ſalus publica & ſecuritas filii ac ſucceſſorum in regno exigebant. David ipſe eos punire ob graviſſimas cauſſas non poterat. Diſtulit ergo poenam, non remiſit, ſed filio praecepit. Exemplum ſimile vide apud *Gratianum de Caſibus virorum illuſtrium pag. 338. ſeq.*

## XXXV

*Poterit princeps iniuſtum Davidis contra Uriam factum iuſte contra miniſtrum facinoroſum, quem publice punire non audet, imitari, atque hunc puniendum ad alium cum occultis mandatis ablegare.*

Aliud factum Davidis, aperte quidem improbum, poterit tamen ex legitimis cauſſis in exemplum trahi. Notum ſcilicet eſt, quid David Uriae fecerit, ac quomodo illum ad Ioabum cum mandatis, ut hic necem procuraret, miſerit, *2. Samuel. XI, 15.* Peccaſſe Davidem graviter, nemo dubitat. Poſſet tamen princeps Davidem ſine peccato imitari, atque miniſtrum ſuum flagitioſum, ſed praepotentem & callidum, cui nec poenam imponere audet, nec parcere ſine ſua & reipublicae pernicie poteſt, ad alium cum occultis mandatis puniendum ablegare. Nec exempla in hiſtoriis deſunt. Audiamus Brunonem in Hiſtoria belli Saxonici apud *Freherum in tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum pag. 102. ſeq.* haec de Henrico IV. caeſare narrantem: *Novi quendam de familiaribus Regis, qui aliquando*

*quando de curia venit ad fratrem ſuum, frater autem ille Epiſcopus erat, & quaſi iactando fratri ſuo narrabat, quod nullus eſſet in curia, qui magis, quam ipſe, eſſet in Regis gratia. Quod quum frater eius Epiſcopus libenter audiret, eum diligenter admonet, ut gratiam Regis omnibus modis tentare quæreret, quia & ipſi honeſtum, & omnibus ſuis utile eſſet. Facerem, dixit ille, ſi ſimul cum gratia terreni Regis poſſem tenere gratiam cœleſtis. Sed veraciter, inquit, agnovi, quod, ſi quis huius Regis familiariter habet gratiam, habere non poterit aeternam vitam. Igitur paulatim ſe ſicut prudens a curia ſubtrahebat, & iam minus & minus ad ſecreta Regis accedebat, & nec omnino aberat, nec, ſicut erat ſolitus, frequens aderat. Quem ubi Rex minus aſſiduum vidit in ſuo ſervitio, cauſam, quare faceret, non inquirit; nec ei quicquam malae voluntatis oſtendit: ſed ſuo iam volens parcere ferro, quaerebat eum perdere enſe alieno. Itaque pro qua cauſa ficta vel vera neſcio, miſit eum ad Regem Ruſſiae. Quam legationem ille libenter accepit, primum quod per hoc quaſi probavit, ſe a gratia Regis non abeſſe, cui ſecreta non dubitaret, ut antea, credere; deinde quod ſperavit, ſe legationis huius labore meriturum, ut legatione proſpere facta reverſus, non parvum a Rege deberet accipere beneficium; nec haec etiam minima fuit cauſa, quod libenter aberat a curia. Igitur perrexit, nec adhuc, quid de ſe diſpoſitum fuiſſet, intellexit. Poſt aliquot vero dies quum veſpere declinaſſet in diverſorium, iubet ſibi bonum parari convivium: quumque iam comites eius aliquantulum bibiſſent, exilivit Sclavus quidam, vilis perſona, &, Neſcio, dixit, quid eſt, quod ego porto, quod Epiſcopus Eppo mihi dedit, &, ut Regi, ad quem miſſus vadis, darem, praecepit. Quod quum ſibi ille monſtrari rogaret, protulit Sclavus epiſtolam Regis imagine ſigillatam. Ille nil moratus ſigillum fregit, clericum ſuum, quid illae literae vellent, exponere ſibi praecepit. Clericus legit, & expoſuit; Hic autem ſenſus erat in literis; Scias in hoc te maxime, qualis amicus mihi ſis, poſſe monſtrare, ſi hoc effeceris, ut iſte meus nuncius*

*nunquam*

*nunquam in meum regnum poſſit remeare, quod utrum aeterno carcere, vel potius efficias morte, nihil puta differre. Literis itaque conſumptis igni, ipſe lætus iter ſuum peregit, legationem prudenter implevit, non parvo munere donatus rediit, domino ſuo Regi regalia dona portavit.* Equidem Bruno, maledicentiſſimus Henrici IV. obtrectator, uti omnia Henrici facta, pontifici Romano, infenſiſſimo Henrici hoſti, gratificaturus, damnat, ablegatum illum innocentem fuiſſe, perhibet. Quod mihi veriſimile non videtur. Credo magis, Henricum, magnanimum principem, ab homine iſto offenſum, punire tamen eum vel amoliri a ſe ſine periculo non potuiſſe, atque adeo Davidis improbum factum licite in cauſſa bona imitatum eſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0043-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0045-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0046-4

Wittenberg, Diss., 1735
(1,5)

ULB Halle 3
004 701 917

Sle

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0047-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0048-6

Farbkarte #13
B.I.G.

887.



1735 21
17a

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA
DE

# POENIS MINISTRORVM PRINCIPIS DELINQVENTIVM

QVAM
PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS, FACVLTATIS IVRIDICAE AC SCABINATVS ADSESSORE PRIMARIO, ATQVE ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

IN

*ACADEMIAE VITEMBERGENSIS*

AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM IX. APRILIS ANNI cIↃ IↃ CC XXXV.

PVBLICE DEFENDET

HENRICVS SAMVEL PILARIK

VITEMB. SAXO.

*VITEMBERGAE*

LITERIS EPHRAIMI Gottlob EICHSFELDII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-696029-p0049-4